



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

SS. Theodulvs, & Acathopvs MM. 4. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

[x<sup>o</sup>] 244. [o<sup>x</sup>]  
SS. THEODULVS, &  
ACATHOPVS MM.

4. Aprilis:

*Venientes autem primi E<sup>st</sup> accipien-  
tes murmurabant: nos portavi-  
mus pondus diei, E<sup>st</sup> astus, E<sup>st</sup> hi  
novissimi unâ horâ fecerunt, E<sup>st</sup>  
pares illos nobis fecisti. Matt. 20.*

**N**emo vel citò vel serò nimis cæli viam  
ingreditur, si quidem ingreditur. Iuve-  
nis ætate THEODULUS, senex AGATHOPUS  
parili tamen cursu per Martyrum stadiū cu-  
currerunt, anno à Christi ortu quarto supra  
trecentesimum. Et THEODULUS quidem  
ante cursum, bravium ( certè arrham bra-  
vij ) scribitur è cælo annulum accepisse, qui  
artificis cæli manum crebris miraculis, qui-  
bus omnes passim morbos pellebat, lauda-  
vit. Porrò cùm intra carceres, ambo adhuc  
consisterent, in somnis ab ipso Numine sunt  
animati, ipsi verò ad fidem exemplo suo ad-  
ductos alios animarunt. Postridie ad virtu-  
tis theatrum ( tribunal tyranni ) traxi, in  
rubo-

ruborem hunc in lassitudinem tortores derunt. Ea, quæ secuta est, nocte, iterum carceribus clausi, idem uterque in somnis somnium viderant. Naufragium sibi facere videbantur, sed auspiciatum illud & nimis fortunatum; quod cæteris quidem, quorum longè plurimi erant, fluctu haustis, ipsi nescio in quem montem cælo contiguum evassissent, candidis ibi vestibus ornati. Somnium hoc dies explicuit. In mare cum Saxis appendicibus abjecti ipsissimum Olym-  
pum subierunt. THEODULUS deinde multâ lu-  
ce candidus inde ad suos revisit, quod testa-  
mentum facere esset oblitus. Dixit ergo ha-  
redes omnium pauperes, & te quoque in-  
ter hujus testamenti executores hodie cupit  
habere. Ex Metaphr. apud Surium.

## M E D I T A T I O

*Conversio ad Deum nunquam aut  
nimis propera aut nimis sera,  
modo sit vera.*

<sup>1.</sup> **N**ihil magis tuum est ô homo viator, quam tempus: cuius usus à te solo pendet, ut possis uti omni momento vel in vitam vel in mortem. Sed & nihil minus est tuum quam tempus, cuius æquè ac vita tuz abusus est vetitus. Scelesti-  
us

us quidem nihil est avaro; temporis autem avaritia & juvenum & senum & quissima usura est. Quocunq<sup>z</sup> tempore non cogitamus Deum ( sit juventutis, sit senectutis) Puta illud tempus amissum esse. Cæsar. Monit. 2. c. 3.

2. Alii consummati in brevi expletant tempora multa. Aliis cursus longior est & vita laboriosior. Deus tamen justissimus Pater familias fervorem & puritatem intentionis magis attendit, quam tempus, quod homo impendit. Veneris manè aut serò ad Dominum, præmiū recipies juxta mensuram fervoris. Annos non respicit Dominus, sed fructum computat annorum.

3. Suavis est Dominus Universis. mittit sagenam suam in mare, & trahit ad se in nexibus charitatis juvenes & senes: nec emittit foras nisi malos; nec eligit in vase nisi bonos. Stude ut deprehendaris esse bonus. Dicat pœnitens Senex: Ab serò te amavi dicat juvenis: bonum est homini si portaverit jugum ab adolescentia sua.

## S. VINCENTIUS FERRERIVS.

5. Aprilis,

*Castigo corpus meum, & in Servitatem redigo, ne, cum aliis predicavero, ipse reprobus efficiar.*

¶ Paul. ad Corinth. 9.

S. VIN-